



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Ascheritarum urbes non adeo munitæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

76 De CALCEIS HEBRÆOR.

peffuli tui erunt ferrum & æs, quasi dicat: terra vestra quasi ferreis & æneis peffulis conclusa & custodita erit. Ejus sensus etiam meminit vir summus Johannes Coccejus: *Addit ipsi firmitudinem portarum & obicium, ut non possint ulla vi perrumpi & refringi. Forte huc referas Ez 33. 19.*

Cocce. in
ult. Mosis.

III. Hæc vero interpretatio mihi nequaquam probatur. Pro peffulo five sera usurpant Hebræi vocem חָרָס, cum qua confudisse videntur hanc vocem חָרָס. Atque aliud est חָרָס aliud חָרָס. Ut licet חָרָס peffulum five seram notet, non tamen חָרָס id ipsum significet. Ne dicam, non certo constare an Ascheritarum urbes fuerint adeo munitæ, quasi ferreis aut æneis peffulis five seris conclusæ essent. Nullo enim idoneo id testimonio firmatur. Quin parum munitas urbes fuisse quas Ascheritæ possederunt, ex libro Judicum colligividetur. Inter complures qui domi remanserant, cum Debora & Barachus fugarent Midianitas, Ascheris posteri recensentur. Atque hi dicuntur *sedisse juxta mare & mansisse* חָרָס חָרָס חָרָס *apud rupta sua,*
h. e.

Judic. 5. 17

h. e. in laceris civitatibus, uti multi vertunt, vel in petrarum fissuris, ut alii exponunt. Quod utrumque ostendit male munitas fuisse Ascheritarum urbes. Etenim si *ἄρα* hic rupturam notat, & de laceris civitatibus intelligendum est, quomodo Vatablus notavit: *Rupturas vocat urbes semidirutas, non enim habebant Ascheritæ urbes satis munitas, & Clarius accepit de oppidis interruptis, quæ jugi opus habebant defensione, quis dicet Ascheritarum urbes adeo munitas fuisse, quasi ferreis atque æneis pessulis conclusæ essent? Si vero notat fissuras petrarum, sane minime munitas fuisse Ascheritarum civitates dicendum est, cum ipsi non fiderint suarum urbium mænibus, sed ingruente hostium multitudine in petrarum fissuris se occultarint.*

IV. Aliis vox *ἄρα* est *compes*. Ita Samaritanus: *compedes tui ex ære & ferro*. Sequutus est hanc notionem vir summi ingenii atque acerrimi iudicii Andræas Masius, cujus eximium in Josuam commentarium nemo, uti par est,

Vatablus
ad Iud. 5.
17. & ibid.
Clarius.

Masius in
Ios. 19. 30.